



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Gasparis Vilelae ad Socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

& simul eum affecerat laudibus, quod Evangelium
 nes in suis regnis tueretur, benigneque tractare.
 ille munus ac litteras ita illustri gratia excepit,
 modo eum qui attulerat, aureis donavit amplius
 tis, verum etiam ad Prætores vicissim militum
 cos usus affabrè factum thoracem auro sericeo
 ctum, cum inaurata galea, cupreoque frontali, et
 stilia duo pugionibus præfixa, argenteis cinctis
 ta, quas Nanguinatas appellant, aliaque similia
 autem ipsos mirum quanta benevolentia profere
 nam cum cæteris rebus amicè nobis fauet, & com
 dat, tum in consilio dando fidem præstat eum
 tate & facilitate coniunctam, liberumque per
 quamur id, quod optimum esse iudicauerimus in
 stianorum verò negotijs, quanti nos faciat, præ
 monstrat. etenim vel infimorum hominum re
 mendatio nostra si accesserit, suas putat, eosque
 natim appellat, quod magnum est apud laque
 noris iudicium, adiusque eis ad se præbet faci
 denique illis etiam internuntijs ad nos virtut
 rebus Christiani maiorem in modum amantur.

Vos tanto Regi fratres meliorem in diebus
 nobis ad capta strenuè promouenda lucem
 precamini. Goa.

GASPARIS VILELLI ad Socios.



Num in vrbe Sacraio meo
 cum pacatis iam rebus
 MDLXII. magna; Christiani
 titia acceptus, conciones
 tinuo institui: & quo maiore
 one studioq; celebrare
 iam Natales Domini fecit.
 promulgavi septimo ante anno datum à Summo Pont
 tifice. quo illi ita permoti sunt, vt ipsorum & Co
 fessionibus diligentiam, & in festorum Natalium
 daret.

statione pietatem ac studium magnopere admirarer.
 Natalis Domini dies festus cum aduenisset; nouem, qui
 mihi maxime idonei visi sunt, exposita prius ipsis augusti
 illius ac tremendi mysterij sanctitate ad sacram Euchari
 stiam admisi, eo sensu pietatis affectos, ut magno tempo
 ris spatio lacrymantes ante persisterint. Reliquorum au
 tem desideria id ipsum auide expetentium, verbis leni
 uis, nonque ea nocte in laudibus summi parentis ac Do
 mini exacta, matutino tempore sacrum feci, deque ipso
 natali, tanto cum omnium gaudio ac voluptate disse
 rui, ut identidem prisca illa mihi subiret nascentis Eccle
 siæ tempora, cum Christiani omnes vno amoris vincu
 lo caritatisque coniuncti, ad festos dies agendos, & con
 iunia spiritalia celebranda castissime conuenirent. Pera
 ctis serijs, deinceps ad conciones redij, ad quas ethnici
 multo iam tum pauciores, quam antea veniebant: cre
 do propterea quod initio ad nos audiendos cauillandi
 studium ac petulantia complures impelleret, quos nunc
 expectata veritas ab ea derisione deterret. Nec fere no
 bis iam aures atque operam dant, nisi qui serio salutis
 consulere, ac rationi parere in animum induxerunt.
 quod ipsum ceteri quoque Meacenses utique fa
 ceant, nisi eos fictis rationibus deceptos ab eo consi
 lio demon abduceret: aiunt enim, cum perpetuum que
 dam innocentis vitæ cursum religio Christiana requi
 rat, se eiusmodi militiæ sacramento obligari, & pug
 nam aduersus voluptates deliciasque nolle capere, et
 cum se magna ex parte huius vitæ iucunditate priua
 unt, tum sempiternis in altera vita supplicijs, nisi ad fi
 dem usque perseverauerint, deinde macerant.

In hebdomada sacrosanctæ Paschalibusque solen
 nibus, eadem Christianorum fides, atque religio consti
 tuæ celebritatem auxere nouem Baptismo lustrati, in ijs
 quibus quidam locuples, & laponeis superstitionibus ad
 modum eruditus, cuius oculos mentis, cum nihil post
 mortem omnino superesse putaret, Dominus ita aperire
 operatus est, ut sacrosanctum Baptismum magno animi
 ardore lacrymisque suscepit.

Per

Per eos dies seditione Meaci rursus exorta, quibus iniqui in Christiana sacra conferebant (multo in Regis ipsius tyrannidi tribuendam, qui regna septem metusq; tuetur, nec spei quidquam habet in ciuitate repositum) ad reuifendos neophytos, Sacaium Christianorum Meacensium sententia discessi. Meacensis templi Ecclesiaeque custodia Christiano admodum feni relicta. Meacum reuertar (vt spero) ad festum die agendum natalis Reginae caeli MARIAE VIRGINIS, cui aedem idecirco dicauius, quod eo ipso Meaci primum sacra missae peracta sunt. In hac autem urbe Sacaiis, non admodum magna mihi spes propter quae mensis, nunc quidem ostenditur, tanta enim ciuicolarum superbia ac leuitas, vt caelum honoris exultationisq; iactura mercari se nolle fateantur: quare quoniam tempore procedente sperandum est agrum hunc ipsam bonam pietatis frugem laturum. Rationem inuicem nostri in Bonzijs hisce tractandis, aliaque nonnulla exinde ipsorum ornatu cultuque corporis, tum de incolae natura moribusque separatim perscripta ad vos mittam, quod ijs cognitissimas gratias Domino nostro agatis, quoniam ex infinito prope caecorum numero exemit, & ad eundem supplicetis, vt ad ipsum conuertantur haec gentes. Indica Brachmanarum superstitione deposita, quam in Indico magistro ex regno Sionis acceptam huc usque retinent: quod ipsum ex delubris etiam apparet, quoniam in oppido Indiae Ceilano eadem quae in Iapone videtur me memini. idque vobis idecirco significandum praestitit, vt praua huiusce religionis origine cognita, vos ad eam reprehendendam, & confutandam facilius comparatis. Precibus vestris, ac sacrificijs vt me Domino commendet, ad vobis etiam atque etiam pcto. Sacaiis V. Calend. Martii MDLXIII.

Scriptis iam litteris, rogat me per nuntium ethnicus quidam vir, opibus praepotens, vt ad se baptizandum veniam in urbem Naram. Omnino vereor vt veris hominibus fides habenda sit: grauem enim adhuc se rebus diuinis aduersarium praebuit. Verumtamen, quosquid in, ex-

in experiar. præclarè mecum existimans actum iri, si in
Christiana causa vitam ponere mihi contigerit. nec e-
nim permittet Dominus, vt exiguam huiusce lucis vsu-
tam animæ meæ saluti, atq; immortalitati anteponam.
Sin ethnicus ille vera narrauerit, seque ex animo ad sa-
crofanctam Ecclesiam aggregarit; næ ego tum omnia
Societatis nostræ Collegia nouam in hanc messem per-
litteras euocare non dubitem. magnum enim in his lo-
cis eius viri nomen, magna auctoritas est. Faxit Domi-
nus quod è sua gloria maximè fuerit, cui me inter acies
gloriosorum, intentaque in me inimicorum tela versan-
tem, planè commisi totum ac tradidi.

LVDOVICI FROII AD SO-
cietatem Iesu in Indiam & in
Europam.

EMAXIMIS navigationis periculis
summo Dei ac Domini nostri benefi-
cio liberati, ex ora Sinarum incolumes
in hunc laponis portum deuenimus,
quem Vocoxiuram appellant: ob-
uiosque habuimus in littore Christia-
nos incolas omnes tanta ex aduentu
nostro voluptate ac lætitia gestientes, vt nos humeris
suis sublimes tollere atque asportare velle vide-
mur, quorum ducenti circiter nos ad templum vsque
duxerunt. Cosmi verò Turriani gaudium fuit ita
regnum, vt collacrymaretur, satisque se vixisse iam di-
xerunt, quoniam quidem operarios sibi in subsidium mis-
it Dominus in tanta negotiorum mole, tamque op-
portuno tempore cerneret Ioannem autem Fernãdum
magis assiduisque laboribus ita consumptum macie
confectum offendimus, vt animam agere videre-
nt. Nihil enim ad domesticas & quotidianas Cosmi occu-
pationes, accedebat etiam magna frequentia principum
eius, & Christianorum tum ex alijs regionibus,
i
tum